Epistola 295. GULIELMO ANSLARIO IOHANNES COCCEJUS.

Dilectissimi generi.

Superiori septimana exspectavimus literas vestras. Quæ quum non venerint, tamen scribendum putavimus. Nos, Dei gratia, commodè valemus. D. Verslius videtur in via esse ad ἀνάληψιν. Nostri delegati sunt Daventriæ et Zirizeæ ad petendum Amiam et Bruynsium. † Nihil præterea hic novi. ‡ De Loto, nescio. Abrahamo

‡ opinione faciente, in eam partem digressus est. Etiam Abraham, qui veniebat, nesciebat, an timor Dei ibi esset. Inter improbos luxit Lotus. Cur iret, si malos vellet fugere? Tamen apparet, Deum ita constituisse, ut ipse jactura pateretur et tentaretur, Abraham servaretur. Nobis certum sit, abeundum esse à malis, si liceat. Lotus potius debuerat manere cum Abrahamo et rixam servorum compescere. In eo peccavit.

22 f ... jam habet 12. exemplaria Loc. Communium. De quibus nescio quas mihi rationes sit redditurus. Bibliopolis vendimus 4 f aut paulò ~~minus~~ minoris. §. De Convallensibus scribebas nuper. Esse politicos, qui censeant, non posse eos Duci rebellare, quippe magistratui suo. Fateor, eos in statu durissimo versari. Sunt tamen hic quædam attendenda. Sunt civitates, habentque sua jura et Syndicos ac magistratus. Duces non sunt statim δεσπόται. Ii fœdera et pacta habent cum ducibus. Ea totiès violata sunt à ducibus aut eorum ministris. Latroni licet sine dubio resistere. Aspri illi patiuntur violentiam planè tyrannicam et latrocinium. Deinde Pontifex ipsis bellum infert magis et Monarcha, quàm Dux, qui cogitur in illorum esse potestate. David non volebat manum mittere in unctum Domini. Credo autem, quod ministris ejus, ut Doego et similibus invadentibus non fuerit pariturus. Nec frustra armatus ~~et~~ incedebat. Non volebat Ishboschetum interfici à suis, cum quo tamen bellum gessit, quanquam ille posset videri legitimus rex Israelis, quippe à pluribus electus. Maccabæi suis dominis restiterant. Et auxilium hoc eis Deus promiserat. Judices sub variis dominis populum asseruerunt. Potestati resistendum non est. Sed, qui jurisdictionem suam supergreditur, ei impunè resistitur. Potestatem enim eam non habet. Non puto duces Sabaudiæ habere potestatem vel pacta violandi vel inauditos condemnandi ~~et~~ vel ~~[illegible]~~ subditos ~~et~~ judicio privandi. Quando cum eis armatis pacem fecerunt, arma approbarunt. Solido cum eis armatis pacem fecerunt, arma approbarunt. Solent religionem ipsis per fœdera, privilegia et conscientiæ libertatem. Igitur abdicarunt eam jurisdictionem, si habuerant aut habere se putaverint. Cogor finire. De his expecto tuum judicium. Valete. a. d. 8. Octob. 1663.

Vestri amantissimus

Joh. Coccejus.

Uit te laeten, en 't ingeteekende in de plaets te setten.

† hi quamvis ambo nominati, non desinunt Fratres sibi invicem exprobrare antea. Illi, quibus id exprobrantur, conscientiam prætexunt. At ipsi antea è-rogaverant et monuerant, ut inter se consentirent. tum facilè ipsis Seniores et Diaconos assensuros. Ita agitur. Apparet, Deum quidem Doctores dare Ecclesiæ, sed non sine infirmitate eorum quibus commissum est id negotium, ut eos legant: atque etiam sæpe in ira dare, quando populus socors est aut prurit auribus.

Epistola 295. GULIELMO ANSLARIO IOHANNES COCCEJUS.

Dilectissime gener.

Superiori septimana exspectavimus literas vestras. Quae quum non venerint, tamen scribendum putavimus. Nos, Dei gratia, commode valemus. D. Vorstius videtur in via esse ad ἀνάλυσιν. Nostri delegati sunt Daventriae et Zwollam ad petendum Amiam et Bruynvis. † Nihil praeterea hic novi. ¶ Scripsi nuper de Hier. [illegible] Johannes Janssonius mihi id misit. Precium dixit 22 f. netto. Ego ei miseram 6. exemplaria Locorum Communium, pro quibus repraesentare habeo societati nostrae 18 f. Scripsit ad me, se libenter ad me mittere. Et, si id saepius faciam, diligentiorem se fore, ut ἀποπωλήσῃ libros meos. Lat hy myne boeken aen den man helpe. Ab Hackio cognovi, ei pro exemplari repraesentandos esse 20 f. Si tibi placet precio 22 f. jubebo et alterum exemplar mitti. Nam a me jam habet 12. exemplaria Loc. Communium. De quibus nescio quas mihi rationes sit redditurus. Bibliopolis vendimus 4 f. aut paulo ~~minus~~ minoris. ¶ De Convallensibus scribebas nuper. Esse politicos, qui censeant, non posse eos duci resistere, quippe magistratui suo. Fateor, eos in statu durissimo versari. Sunt tamen hic quaedam attendenda. Sunt civitates, habentque sua jura et syndicos ac magistratus. Duces non sunt statim δεσπόται. Et foedera et pacta habent cum ducibus. Ea totics violata sunt a ducibus aut eorum ministris. Latroni licet sine dubio resistere. Atqui illi patiuntur violentiam plane tyrannicam et latrocinium. Deinde Pontifex ipsis bellum infert magis et monarchi, quam Dux, qui cogitur in illorum esse potestate. David non volebat manum mittere in unctum Domini. Credo autem, quod ministris ejus, ut Doego et similibus invadentibus non fuerit parciturus. Nec frustra armatus ~~et~~ incedebat. Non volebat Ishbosetum interfici a [illegible], cum quo tamen bellum gessit: quanquam ille possit videri legitimus rex Israelis, quippe a pluribus electus. Maccabaei suis dominis restiterant. Et auxilium hic eis Deus promiserat. Judices sub variis dominis populum asseruerunt. Potestati resistendum non est. Sed, qui jurisdictionem suam supergreditur, ei impune resistitur. Potestatem enim eam non habet. Non puto duces Sabaudiae habere potestatem vel pacta violandi vel inauditos condemnandi ~~et~~ vel ~~[illegible]~~ subditos ~~ut~~ judicio privandi. Quando cum eis armatis pacem fecerunt, arma approbarunt. Saltem reliquerunt ipsis per foedera, privilegia et conscientiae libertatem. Igitur abdicarunt eam jurisdictionem, si habuerunt aut habere se putaverunt. Cogor finire. De his expecto tuum judicium. Valete. a. d. 8. Octob. 1663.

Vester amantissimus

Joh. Coccejus.

Uit te laeten, en 't ingeteekende in de plaets te setten.

† hi quamvis ambo nominati, non desinunt Fratres sibi invicem exprobrare vetes. Illi, quibus ea exprobrantur, conscientiam praetexunt. At ipsi antea e-rogaverant et monuerant, ut inter se consentirent. tum facile ipsos Seniores et Diaconos assensuros. Ita agitur. Apparet, Deum quidem Doctores dare Ecclesiae, sed non sine infirmitate eorum quibus commissum est id negotium, ut eos legant: atque etiam saepe in ira dare, quando populus socors est aut prurit auribus.

Reverendo et doctissimo
viro D. Guilielmo
Anslario V. D. M.

Vlissinge.

Middelburg ten huyse van
D. H. Jacobus Anslaer be-
dienaer des H. Evangeliums.